Fragmentarium

2° Inc. c. a. 2410

[p]urifica per infusionem sancti spiritus cogitatio-
nes cordis nostri: ut te perfecte diligere.
et digne laudare mere[amur]. Per. eiusdem.
FRS. Vnicuique; Ad Corinthios.
datur manifestatio spiritus ad utilitatem.
Alii quidem per spiritum datur sermo sa-
pientie: alii autem sermo scientie secundum
eundem spiritum. alteri fides in eodem spiritu.
alii gratia sanitatum in uno spiritu. alii ope-
ratio uirtutum. alii prophetia. alii discre-
tio spirituum. alii genera linguarum.
alii interpretatio sermonum. Hec autem
omnia operatur unus atque idem spiritus:
diuidens singulis prout uult. GR. Be[ata]
ta gens cuius est dominus deus eorum
pulus quem ele git dominus in

Digestum

Hic uox leticie personet. Hic pax et gaudia redundat.
Hac domo trinitatis laus et gloria semper resultant.
In illo tempore: Ingressus Secundum Lucam.
iesus perambulabat iericho. Et ecce
uir nomine zacheus: et hic erat
princeps publicanorum. et ipse diues. Et
querebat uidere iesum quis esset: et
non poterat pre turba quia statura pu-
sillus erat. Et precurrens ascendit in ar-
borem sicomorum. ut uideret illum: quia
inde erat transiturus. Et cum uenisset
ad locum: suspiciens iesus uidit illum et
dixit ad illum. Zachee: festinans des-
cende: quia hodie in domo tua opor-
tet me manere. Et festinans descendit:
et [exce]pit illum gaudens. Et cum uide-

License: cc-by-nc – München, Bayerische Staatsbibliothek, 2 Inc.c.a. 2410, Front Pastedown, Top – Missal with Neumes (no staves)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-zi2z/1021/14836)